

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 9. Cur processio Verbi sit generatio, non autem processio Spiritus
sancti?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

Viso cr-
turae no-
potest esse
illarum
principiū :
fecundatē
viso per-
narum di-
uinarum.

quām Deus sciat esse futurum, & quām eius intellectus, de se indifferens ad hoc vel ad oppositum determinetur ad cognoscendū illud potius, quām illius oppositum. In eoque viso Dei circa futura contingenter simili est visioni nostrae oculare, quā p̄ presupponit existere obiectum à quo determinatur, ut ipsum videat potius, quām aliud, quod ex quā videret, si ipsi proponeretur, & si ipsius indifferentiam determinaret ad suā visionem. Neque potest tum illa Dei scientia, tum visio ocularis, efficer obiectum quod intuetur: quia necessariō p̄supponit illud exire, & determinare potentiam ad sui intuitionem, per suā existentiam, ordine rationis vel naturae p̄suppositam. Etsque hæc vera ratio illius importans. Eademque est causa cur hæc visio sit simplex intuitus, ut dicunt sacerdēti Patres. Non potest autem simplex intuitus esse principiū vel causa eius, quod purē intuetur. Sed non est pars ratio de notitia intuitus personarum diuinarum, quæ sum obiectum simpliciter necessariū intellectus diuini, neque debent p̄supponi ut illum determinant: quippe qui seipso est essentialiter determinatus ad perfectam earum cognitionem. Consentient hæc in parte Suar. lib. 9. cap. 5. num. 8. Grano, Ruis, Cunig. & alii communiter ad art. xl. 2. q̄st. 34.

Denique contra quod diximus, totum actum essentiale cognitionis, & voluntatis, adaequatē sumptum, esse radicem fecunditatis generatiū & spiratiū, obici potest, radicem fecunditatis generatiū debere necessariō esse priorem radice fecunditatis spiratiū: sicut generatio est prior spiratione: & Pater & Filius sunt priores Spiritu sancte. Atqui tota cognitione essentiale non potest esse prior toto actu essentiale voluntatis: ergo &c. Probaque Minor: quia viso totius actus essentiale voluntatis, est cognitione essentielle. Sed illa non est prior, imo est posterior. Visio enim obiecti, vi existentis, supponit suum obiectum existere, & ad illud terminatur ut p̄ se præsens secundum suam realem existentiam. Ergo visio totius actus essentiale voluntatis vi existentis ab æterno, supponit totum. Num actum essentiale existere. Ergo visio illa, quæ tamen est essentiale, non est prior toto actu essentiali voluntatis, sed potius est illo posterior.

Respondeo, totum actum intelligendi essentiale, esse priorem priori virtutis, à quo, quām actum volendi essentiale: cū voluntas nihil velit essentiale: quod intellectus non cognoscet essentialiter, & quidem prius ratione & p̄suppositivè: quia una de cognitionibus prærequisitus ut voluntas velit, est cognitio intellectus & proprieſ obiecti. Ac licet in multis reflexionibus actum intellectus & voluntatis, si Deus illas habet, procedatur in infinitum: Natū voluntas amat actum

intellectus, & intellectus cognoscit illius amorem: & rursus voluntas amat illam cognitionem: & intellectus rursus videt amorem istum: & sic in infinitum: Semper tamen priores partes sunt intellectus, quatenus omnis & quilibet actus voluntatis supponit actum præiūrum intellectus circa obiectum quod amplectitur aut respicit. Verum illæ reflexiones in Deo sunt inutilles & sua fundamento excogitatae. Nam Deus unico actu directo intellectus cognoscit perfectissimè actum voluntatis quod est eiūdem actus amor: nulliōque perfectius quām nos cognoscemus per infinitas illas reflexiones. Et unico actu voluntatis amat perfectissimè eundem actum intellectus, qui est sui cognitio & visio. Ita vt non sit opus infinitis illis reflexionibus, sed omnino sint in Deo superfluo: ut alibi ostendimus, disp. 9. sect. 1. num. 5. Visio autem Dei circa actus suos necessarios, non p̄supponit obiectum suum existere ratione prius: quia non causatur ab obiecto illo mediate vel immediate, determinante scilicet intellectum diuīnum, vel per se immediatè, vel mediata p̄ se suip̄specie: quippe quod terminatiū ē tantum se habet ad Dei visionem, & purē obiectum: iuxta ea quæ paulo ante diximus de obiecto necessario diuīne cognitionis, num. 93.

SECTIO IX.

Car processio Verbi sit generatio, non autem processio Spiritus sancti.

Quod sola secunda persona diuina, seu Verbum diuīnum, sit Filius, certum est de fide: nam en Scripturis dicitur *Vnigenitus Paris, Ioan. 1. vers. 14 & 18. & cap. 3. v. 16. & 18. & 1. Ioan. 4. v. 9. & in symbolo Apostolorum Filius unicus: in Niceno iterum, *Vnigenitus: & in symbolo Athanasij dicitur in Trinitate unus esse Filius, non factus, nec creatus, sed genitus: & unus Spiritus sanctus non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.**

Et quidem Pater, qui à nullo procedit, Filius est nequit: cūm de ratione filii sit ut ab alio procedat in similitudinem naturæ. Sed de Spiritu sancto difficultas grauius est. Nam si generatio est tantum origo viventi à principio vivente coniuncto in similitudinem naturæ specificæ, ut vulgo definitur: cur processio Spiritus sancti non est generatio, cūm sit etiam ipsa à principio vivente coniuncto in similitudinem naturæ diuīnae? Neque enim minus ipse vi sue processio accepit naturam & essentiam diuinam primò sub ratione voluntatis essentiale, consequenter secundum alias: quām Filius illam accepit primò sub ratione intellectus, & consequenter secundum alias,

99.
Totus
actus es-
sentialis co-
gnitionis,
est prior
actu essen-
tiali volen-
tiationis.

102.
Basilus.
Athanasius
103.
August.

De Basili lib. 3. contra Eunomium capit. 12. ait, Spiritum sanctum non esse dicendum Filium, ne in Trinitate sit Filius Filii, nascatur inde suspicio, num sint infiniti Filii. At haec ratio difficilis est. Nam licet in Deo sit procedens procedentis, & productus producti: non propterea suscipiamur esse productos & procedentes filios. Sic ergo &c.

D. Athanasius in epistola ad Scaptonem Episcopum Timuseos, paulo ante medium, dicit Spiritum sanctum non esse Filium, quia Filius non potest esse Pater: nec potest esse alius Filius, praeter eum qui est integra & perfecta imago Patris. At hoc ipsum est quod queritur, cur unus tantum Filius esse possit? Ecce Filius donat Pater Spiritus sancti, ac Spiritus sanctus non sit Filius, cum sit imago naturalis, & simillimus in natura Patri & Filio, a quibus producitur?

Sanctus Augustinus lib. 5. de Trinitate cap. 14. affirmit Spiritum sanctum non esse Filium: quia exinde a Patre non vt natus, sed vt datus. Lib. autem 9. cap. 12. ait Verbum esse Filium, quia procedit per intellectum: quod autem per intellectum producitur, illud quasi parturit & paritur inquisitione. Quod autem per voluntatem producitur, non est tale. Ideoque Spiritus sanctus non est Filius: quia procedit per voluntatem. Lib. verò 15. cap. 26. & 27. afferit Spiritum sanctum non esse Filium, quia procedit a duobus: at Filius in Deo non potest procedere a duobus, sed ab uno vt Pater, cum non posset in Deo esse mater. Sed neque haec tollunt difficultatem. Minimè enim, hoc ipsum queritur, quod pro prima ratione assertum, cur Spiritus sanctus non procedat vt natus, sed tantum vt datus, cum tamen procedat vt viuens à viuente &c. Secundò, Deus non inquirit intelligendo, non magis quam volendo. Et illa intellectus partitur metaphorica est. Hic autem sermo est de propria & naturali, quæ dicitur in eo consistere, vt producatur viuens à viuente principio coniuncto in similitudinem naturæ: quod Spiritui sancto, sicut et Filio conuenire videtur, cum vierque sit Deus vi sua processionis. Tertiò, Spiritus sanctus non procedit a Patre & Filio, vt a duobus; sed vt ab uno spiratore, & per unam spirandi virtutem ac spirationem, ut in Concilio Lugdunensi definitum fuit, & refertur in sexto Decretalium, capl. unicō de summa Trinitate. Neque difficultas solvitur cur haec duas persona, sicut concurrunt per modum principijs, non concurrant per modum Patris, sive vii, sive duplicitis, cum producant viuens à viue pte principio coniuncto in natura similitudinem.

103.
Repor. hom.

D. Thom. quest. 27. art. 4. & alij pl. rique dicunt processionem, quæ est secundum intellectum, vocari generationem, quia est secundum rationem similitudinis: quare-

nus intelligens constituitur per id, quod habet rei intellectus similitudinem. Processionem autem Spiritus sancti non esse generationem, quia non est secundum rationem similitudinis: eò quod volens non constituitur per id, quod habeat similitudinem voliti: sed per id quod habeat quandam inclinationem in volitum.

Ad contraria similitudine requisita, in definitione generationis non est similitudo intentionalis, de qua Diversus Thomas: sed, naturalis, id quod producitur, sic eiusdem naturæ cum eo, a quo producitur. Vnde et vera generatio cum homo producitur ab homine, aut equus ab equo, propter illam similitudinem naturalis: quamvis non sit intentionalis sive obiectus. Atqui Spiritus sanctus est eiusdem naturæ cum Patre & Filio vi sua productionis. Cum ergo non producitur per generationem, sicut ac Filius?

Respondent Thomistæ, intellexionem ex genere suo tendere natura suæ, & per se, ad assimilationem cum obiecto in Deo vero tendere ad similitudinem naturalis: quia cognitio Dei perfectissima & comprehensiva est neque inquirit, quæ non sit ipse Deus & eiusdem naturæ cum Deo.

Sed neque haec responso satisfacit: præcūnī faciliter & probabilitate dici potest, amoreni ex natura sua tendere generativum ad unionem cum re amata, & ad quandam unitatem cum illa: & in aliis quidem tendere ad unitatem affectuum per adhesionem voluntatis: in Deo vero tendere ad unitatem & identitatem naturalis: quia non potest esse amor Dei perfectissimus & adæquatus amabilitati obiecti, qui non sit Deus & eiusdem naturæ cum Deo.

Alij denique, vt Canarensis quest. 27. art. 2. & Valq. disp. 113. cap. 6. & 7. dicunt ad rationem Filii non sufficiere similitudinem in natura, etiam ex vi processionis: sed requiri similitudinem per modum imaginis: imaginem vero non esse tantum similitudinem ex vi processionis: sed etiam similitudinem producram & expessam ad representandum id cuius est imago. Verbum autem diuinum non modò procedere, vt simile producatur in natura, ex vi productionis: sed etiam in imaginem producram & expressam ad ipsum representandum, cum procedat per intellectum. Nam intellectus producit Verbum ad representandum suum obiectum. Obiectum autem Verbi diuinum est ipsem Pater, a quo procedit. Ergo producitur ad Patrem representandum: ac proinde vt illius imago & Filius. Secus autem Spiritus sanctus.

Sed contra: quia si ea quod Filius procedat vt Verbum per viam intellectus, non habet aliud speciale per Spiritu sancto, quam quod procedat ad representandum intentionaliiter ex vi & speciali ratione sua processionis. Atqui simi-

105.

Cognitio
Vasquez.

Pr. 2

litudo intentionalis neque sufficit, neque necessaria est ad rationem generationis, sed similitudo naturalis cum suo principio, quæ conuenit etiam Spiritui sancto, quippe qui vi sua processio procedit ut per longa diuina ciuidem essentia cum Patri & Filio, actione æquè immanente, & ad terminum immanente ac substantialem æquè per se primò terminata: nemus ad hypostasim Spiritus sancti identificatam diuina æssentia per se, & ex propria ratione, inseparabiliter & absolu- tamente necessitate. Ergo illa ratio non satis facit.

107. Nota secundum Generationem viuentium ad hanc. Ut solvatur difficultas, Nota primò, generationem viuentium propriam, de qua hic sermo est, definitio à Dino Thom. quæst. 27. artic. 2. in corp. Productionem viuentis à viuente coniunctio in similitudinem naturæ. Vbi particula, producio, denotat exercitium virtutis actiua in generante, quale non fuit in Adamo, respectu Euz. Particula verò, coniunctio, denotat genitum materialiter ex substantia genitoris, & esse ibi coniunctum catenus, ita ut constet aliquo, quod fuerit acceptum id ipsum à Patre. Si quæ sunt ex semine, deciduntur à generante secundum principium materia- le, quæ constant, ita ut ex parte saltem fuerint coniunctæ. Particula verò, in similitudinem naturæ, denotat conuenientiam in natura secundum speciem seu rationem insimilam. Quæ similitatio est clara, si sermo sit de generatione propriissima & perfectissima, quæ tendit ad summam assimila- tionem, maximeque perfectam similitudinem. Quamquam etiam est generatio viuentium in similitudinem naturæ genera- ex: ut cum equus, aut nus mulum gi- gnat. Porro tota hæc definitio intelligenda est in sensu formalis, ut etiam explicatur à Divo Thoma quæst. 27. artic. 2. & libro contra Gentes cap. 11. aliisque Theologis. Ita scilicet ut vi formalis pro- cessionis sit similitudo naturæ, id est, ex propria, & formalis ratione eius quod se- condum talen processionem communica- tur, & ex formalissima ratione talis com- municationis.

108. Nota secundum filium esse suppositionem productionem per generationem viuentis, generaliter tempore nisi potius sit hæc vor- restringenda ad generationem viuentis cognos- centis. Vix enim & raro gramm vocatur filius grani, aut spica filia spicæ. Cum autem secunda persona procedat à prima ut viuens à viuente cognoscere, nempe à Patre; coniunctio, id est, dante suam, substancialiter in perfectissimam similitudinem naturæ: dubium nō est, quin eius productio sit generatio. Sed ne apparet, quidnam ex illa definitione generationis deit Spiritus.

109. Nota tertia, processionem Spiritus sancti distingue à processione Filii in duobus. Primo enim, processio Filii est per secun- dam intelligentiam: altera vero est per

cunditatem actus voluntatis. Et sicut Filius procedit per secunditatem eius intel- ligentiae: ita formaliter, & immediate per suam productionem accipit naturam secun- dum rationem intelligentiae. Quæ tamen na- tura, quia realiter una & simplex est, pul- lamque habet oppositionem cum Filio, com- municatur tota, sicut perfectè, & ad eam communicabilis est. Spiritus vero sanctus su- cut procedit per secunditatem actus volendi ita formaliter & immediate per suam produc- tionem accipit naturam communicatam se- cundum rationem actus volendi. Vnde Fi- lius specialiter appellatur sapientia, Verbum, imago. Spiritus vero sanctus specialiter ap- pellatur amor, dilectio, charitas. Differ- entia secundò, quia Filius habet cum Patre commune, prius totam essentiam, ut sit principium Spiritus sancti unum cum Patre, vtque naturam accipiat simul cum secundi- te communicandi eandem Spiritui sancto per spirationem: quod non habet Spiritus san-ctus, cùm iam nulla sit amplius secunditas ad intra. Ex his differentiis, aut earum aliqua petenda est ratio, cur processio Filii sit gene- ratio, non item processio Spiritus sancti.

Quæ de re dico duplē esse rationem 110. cur Spiritus sanctus non sit Filius, & cur eius processio non sit generatio. Prima est, quia non accipit vi productionis for- maliter & immediate effectum diuinam for- secundum primariam rationem vitæ & es- sentia Dei ut viventis, id est, secun- dum intelligentiam: sed tantum secun- dum secundariam, scilicet rationem vo- lentiæ, quæ fundat proximè & formaliter processionem Spiritus sancti. At vero Fi- lius accipit primariam rationem vitæ, nem- pè intelligentiam. Et quod dicitur in de- finitione generationis, in similitudinem na- turæ, intelligendum est de formalis processio- ne in similitudinem primaria vitæ, primò & per se acceptæ. Hanc rationem insinuat D. Thom. quæst. 27. artic. 2. in corp. dicens, idè procedere Filium secundum naturæ similitudinem & essentia, quia Deo intelli- gere est esse, primarium scilicet, seu ratio vitæ primaria, vi productionis primò illi communicata. Eandem reddit Suar. libro 11. cap. 5. num. 10. vbi docet, Verbum esse Filium, idè quia vi sua processio communicatur Eli essentia, ut primariò cor- ditu in esse talis essentia & naturæ: id est, secundum primam essentialem ratio- nem vitæ perfectè constitutam & plenam: nimis secundum rationem intelligentie completam essentialem in actu secundo. Spiritus vero sanctus accipit primò es- sentiam sub ratione amoris seu volitionis, que est ratio secundaria, & posterior intelligentia, sicut omnipotens posterior est viriliter. Cum enim in viuentibus spi- tualibus tres sint gradus seu rationes vita- les, secundum quas operantur vita- liter, intelligentia, voluntas, & potentia exe- cutiva: sicut potentia subordinatur volunta-

ti; ita voluntas intelligentia, quae idcirco est prima.
 Secunda est, quia de ratione generationis viventium est, ut sit productio per se tendens ad communicandam naturam fecundam: ita videlicet generatur proprietas existat per actionem eorum per se tendentem, ut sit productio naturarum cum fecunditate, seu virtute communicandi eandem naturam. Edque per se tendunt generationes viventium creatorum, licet per accidentem impediti possint. Sed hoc praeter naturam & monstruorum est, quando in creatis viventibus producitur viens a viente eiusdem speciei sine fecunditate quam debet habere. Divina vero generatione, ut propter perfectissima, non potest impediti. Quia ergo secunda persona accipit naturam cum fecunditate, id est Filius est. Et est contrario, Spiritus sanctus non est Filius, quia non accipit fecunditatem. Neque enim ad seipsum, neque ad Patrem aut Filium, neque ad alias personas divinas, cum nulla alia possibilis sit. Sed neque per se tendit productio Spiritus sancti, ut sit ipse fecundus ad intra. Nam illoqui tendet ad impossibile simpliciter & absolute, cum res ordinatissima & perfectissima sit. Ut licet in definitione generationis supra tradita a Dno Thoma, non exprimatur communicatio fecunditatis, sed tantum naturae similitudo inter principium & terminum: potest tamen optime sub nomine naturae comprehendendi aut sub intelligentia fecunditas ad communicandam eandem naturam: tum quia naturae nomine intelligitur principium motus & quietis, eius in quo est primus & per se, & non secundum accidentem, ut definitur ab Aristotele 2. Phys. capit. 1. id est, principium operationum, quarum praestantissima in divinis est productio alterius personae divinae. Tum etiam quia fecunditas generandi producendo sibi simile, continetur vel formaliter, vel saltem, ut malunt aliqui, radicaliter, id est, tanquam in principio & radice, in natura eorum animalium quorum generationi definitio illa primus fuit attributa, & deinde ad omnia translata. Atque ita naturae viventium creatorum necessarium ac per se conuenit, ut ad illam fecunditatem per se tendat naturae productio & communicatione in productione viventium creatorum. Ne illius est eorum qui filii vocantur in orientis, qui non sit per se potens formaliter aut radicaliter producere aliud sibi in natura simile, tanquam principio coniuncto: licet per accidentem impediti aliqui, ut multi v. g. quanquam mulos esse in Asia fecundos, & producere sibi similes, testatur Theophratus, ut refert Vsq. disp. 1 f. 3. capit. 1. in fine. Sicut & simile infecundae in Europa, fecundae sunt in Asia & Africa. Nomen autem Filius, primus creatis impositum, fuit ad Verbum diuinum translatum, propter maiorem aliquam con-

uenientiam cum illis, quam non habet Spiritus sanctus. Porro Deus ultra communicationem naturae cum fecunditate, habet aliam communicationem, sine illa: quamvis in animalibus, ciuidem species fecundae, natura ipsorum semper est per se tendat, ut in eorum productione communicetur simul natura & fecunditas: licet interdum, & per accidentem, impeditur formalis fecunditas, vel eius visus.

Hanc secundam rationem ieddunt Ricard. Victorin. lib. de Trin. cap. 18. Aen. p. 1. Ricard. q. 42. membro 2. f. 1. & membro 3. art. 3. ad 3. Bonaventura in 1. dist. 13. art. 1. quæst. 2. in conclusione. Maior in 1. dist. 13. f. 1. vñica, & Cuniga disp. 2. de Trin. dub. 20. membro 9. & sequentibus. Vbi fatus eam cœquit. Et membro 16. recte notat vocem, naturam, dictam esse a nascendo, & initio impositionis significasse originem actualem viventis a viente, quæ modis nativitas appellatur. Et quia haec origo est a principio intrinseco seu coniuncto: id est tale quod principium appellatum est naturam. Tum, quoniam in creatis viventibus tale principium est ipsam illorum essentia: nomen naturæ extensus est ad significandam essentiam cuiusque rei. Quæ significatio licet sit propria, id est, non metaphorica: non est tamen stricta & propriissima, primoque illi vox imponitur, sed amplior & extensa. In definitione autem generationis viventium, vox naturæ debet intelligi eo sensu, quo primo stricte & propriissime illi fuit imposta. Ex quo sequitur eum non procedere in similitudinem naturæ strictæ & propriissime sumptu, qui non procedit in similitudinem essentiae fecundae ad producendum ex se, tanquam ex principio intrinseco seu coniuncto: licet procedat in similitudinem naturæ latius sumptu pro essentia. Quo secundo sensu Spiritus sanctus procedit in similitudinem naturæ diuinæ: sed non priori sensu sicut Filius. Propter quod definitio generationis non conuenit Spiritui sancto, quia non procedit in similitudinem naturæ ut fecundæ, id est, accipiendo simul fecunditatem producendi aliam personam diuinam.

Contra priorem rationem obicitur pmo, Amor presupponit intellectum in eodem supposito. Ergo Spiritus sanctus est prius intelligens, quam amans. Ergo prius accipit naturam sub ratione intellectionis, quam sub ratione amoris.

Respondeo, distinguendo antecedens. Amor secundum se spectatus, absolute, aut secundum ipsum esse essentiale (qui nimirum est inter intellectus ratione essentiae) supponit intellectionem, seu cognitionem eius obiecti quod amat, concedo. Amor spectus notionaliter, siue secundum ordinem notionalem, & prout

1124

1131

4.

Spiritus sanctus est amans notionaliter, terquam intelligens

In est vi processionis, supponit intellectio-
nem, quasi non possit natura primò com-
municari ut volens, & secundum eam ra-
tionem primò ac per se identificari termino
formalit productionis: nego. Similiter
que Spiritus sanctus est prius intelligens,
quam anima, si intellectio, & amor spe-
cietur secundum essentiam: in essentiali-
bus enim cognitio prior est. Non agem
si specietur secundum notionalia, sive
prout insim formaliter vi productionis. Sic
in mysterio Incarnationis communicatur
primò & immediate hypostasis Verbi, non
vero natura seu essentia: licet essentia sit
prior hypostasi secundum modum essendi.
Sed non est neglere, ut modus communica-
candi equatur modum essendi.

Porro secundò unica dixi, 2. dub.
20. membro 8. num. 5. rationem illam sup-
ponere ut necessarium, & vniuersaliter ve-
rum illud principium, quod omne produ-
cens vniuocum assimilat sibi productum
formaliter ac primariò in illa perfectione,
qua sibi est ratio ad virtus producendi: in
aliis autem materialiter & secundariò. Hoc
autem non est verum. Nam homo gene-
ratus horumque illum sibi assimilat pri-
mariorum, non modò in forma qua est prin-
cipium generandi: sed etiam in materia:
quoniam intendit illum sibi assimilare in
tota specie. Deinde quamvis esset verum
in creaturis, non sequeretur esse verum in
Deo, in quo omnipotentes perfectiones sunt quid-
titius & aquae primaria.

Respondeo, verum esse vniuersaliter,
agens vniuocum intendere sibi assimilare
productum primariò in ea ratione qua est
illi ratio producendi, remota vel proxima.
Nego autem solam animam esse totam ra-
tionem & totum principium generandi. Ge-
neratio enim est actio compositi, & non om-
nivius partis dumtaxat. Nego etiam omnes
Dei perfectiones quidditatis esse ex-
esse primarias. Est enim inter illas aliquis
ordo prioritatis virtualis seu rationis, par-
tim à quo tantum, querendo sua est virtu-
aliter ab alia: partim etiam in quo querendo
una potest concepi sine alia, non vice versa,
quia conceptus ut necessarius illi pra-
supposita. Porro idem Auctor disp. 16.
dub. 5. num. 4. hanc in Deo intellectio-
nem esse radicem virtualem voluntatis.
Quod est admittere illam esse priorem vir-
tualiter, prioritate saltem quo.

Instabis, quia homo generans assimilat si-
bi filium in hypostasi: qua tamen non est
ratio seu principium agendi, quemadmodum
neque in hæsio in occidentibus, ut patet in Christo, & in mysterio Eucharistie.
Nam hæc iuras Christi non minus agit na-
turaliter, quam in haberet propriam hypo-
stasi: & occidentia Eucharistica perinde
agunt, ac si subiecto inhærent. Respon-
deo, hominem sibi quidem assimilare geni-
cium in hypostasi, sed non primariò. Axio-
ma autem supra allarum loquitur solum

de eo, in quo productum primariò assimili-
latur producenti ex vi, & ratione formalis
productionis.

Tertio, contra secundam rationem obii-
icit Vas. disp. 113. cap. 2. num. 21. & 22. ra-
tionem imaginis & similitudinis, qua re-
quiritur ad esse filij, non consistere in virtu-
te communicandi eandem naturam, sed in
ipsa tantum natura communione. Secundò, senten-
ti si Spiritus sanctus produceret aliam perso-
nam, tamen ne esset filius. Tertiò, in humanis
si filius potest alium producere, potest pro-
ducere per generationem, quod in Filio Dei
non reperitur. Ergo non inde est filius in
Deo. Quartò, addit Suar. lib. 11. capit. 6.
num. 4. similitudinem inter personas diui-
nas non esse attendendam secundum pro-
prietates principijs, aut procedenis à prin-
cipio: alioqui Verbum non esset filius ne-
que imago Patris, qui non est illi similis
in propria ratione filij. Ergo sufficit simili-
tudo in natura.

Ad primum Respondeo negando antece-
dens. Generatio enim hoc per se postulat,
ut naturam communicet cum secunditate:
licet per accidens posse hoc impediti inter-
bus creatis, sicut in illis potest esse defectus
& mortuum, seu peccata naturæ. At in
Deo est perfectissima generatio, defectus in-
capac & impediti.

Ad secundum Respondeo. Si Spiritus san-
ctus produceret aliam personam, non tamen
fuerit filius defectu primæ rationis, si in ge-
neratione eius libenter est ratio, ut proba-
ble est. Id est, si ad generationem requiri-
tur, ut sit origo viventis à vivente coniuncto
in similitudinem naturæ, secundum ratio-
nem virtutis primariam, per se primò acceptam
in generationis. Sed nihil inde sequitur con-
tra nostram sententiam.

Ad tertium Respondeo. generationem di-
uina esse vnicam: & hoc ex perfectione ge-
niti, qui totam in se absorbet generatio-
nem diuinam. Et quemadmodum genera-
tio diuina hoc habet proprium, ut sit in ea
naturam communicatio, non productio, licet
in creatis natura etiam producatur: ita pro-
prium quoque habet ut sit vnicum. Neque il-
lad est in ratione filij generatio, ut habeat &
ipse fecunditatem ad alium filium, qui nem-
pe & ipse secundus existat: sed sufficit ut suo
principio sit similis, & in natura, & in secun-
ditate ad communicandam eandem naturam.

Ad quartum Respondeo, in diuinis neces-
sariis esse differentiam & distinctionem alio-
qui neque principium in Deo esse posset, ne-
que aliquid procedens. At inde non sequitur
quod si vnum procedens habeat aliquid se-
cundū suam processionē, quod aliis non ha-
beat: non possit in eo differre tum vnum pro-
cedens ab alio, tum una processio ab alia.
Est autem discrimen inter proprietatem per-
fectam procedentis & omnino propriam, at-
que proprietatem partim communem, par-
tim propriam: quod omnino propria con-
stituit simpliciter & omnino distinctum alia

modo
agens in-
tendit assi-
milare sibi
pasum?

verò partim simile, partim distinctum & dif-
fens. Et quatenus constituit simile, facit
ad rationem generationis. Filius autem di-
uinus non tantum cum generatione & aliquo
modo per generationem, habet naturam
sibi communicatam: sed & secundum etatem se-
rationem principij: non ad seipsum, neque
ad Patrem: sed ad Spiritum sanctum: quam
rationem Spiritus sanctus non potest abere.

SECTIO X.

*Cur processio Filii & Spiritus sancti non sit
creatio, vel effectio: & cur non plures
in diuinis processionibus quādūa?*

119. Quod processio Filii & Spiritus sancti non sit
creatio, vel effectio, sive diuina
certum est. Nam de utroque dicitur in Sym-
bolo Athanasij: *Filius à Patre solo est, non
factus, nec creatus, sed genitus: &, Spiritus san-
ctus à Patre, & Filiō non factus, nec creatus,
nec genitus, sed procedens.* Et in Symbole Ni-
ceno: *Genitus non factus, consubstantialem
Patri &c.* Ratio vero generalis hæc est:
quia creatio, & effectio qualiscunque, si-
gnificant deductionem rei a non esse ad es-
se: fecus autem generatio, & spiratio di-
uina, quarum termini non sunt non-ens,
neque actu, quasi aliquando non sint re ipsa
antequam producantur: neque in potentia,
quasi aliquando poterint non esse
re ipsa, licet de facto semper fuerint. Vnde
inter diuinis processiones, & creationem
vel effectiōem quamlibet, illud etiam dis-
crimen est, quod illa sint absolute necessaria:
istæ vero, salte respectu Dei sunt libe-
rae. Eademque de causa Pater, & spirato-
tor non sunt causæ Filii & Spiritus sancti:
quia non producunt aliquid absolute possi-
ble non esse. Et Filius, ac Spiritus sanctus
non pendent à Patre & à spiratore: quia
quod absolute necessarium est, nō est per de-
pendentiam ab alio: sed si est ab alio, est per
absolute necessariam connexionem cum illo:
ita ut tam necessarium sit esse personam pro-
ductam, quam esse personam quam producit:
neque magis pendeat producta à producen-
te, quam producens à producta: sed utraque
utrumque propter alteram, seu ad alteram sit.

120. Alij aliam rationem addunt: quia nim-
rum in quibus creatione, vel effectiōe, cau-
sa influit aliud esse, quam id ipsum quod
habet, dñque productio essentiam seu natu-
ram numero sicutem à sua diuersam. Quod in
diuinis processionibus non sit. Procedens
enim ipsammet numero essentiam produ-
centis accipit. Verum hæc ratio valere non
potest agere eos qui tenent modos non di-
stingui à re modificala. Fiunt enim quam-
vis non habeant neque accipiunt aliud esse,
distinctum ab esse rei seipsum modificant.
Ut quando quis se localiter mouet: quando
anima rationalis seipsum vnit partibus ali-

menti dispositis ad nutritionem.

Ex eo vero quod generatio Filii & proce-
sio Spiritus sancti non sint creatio vel effec-
tio: fit, vt producens in diuinis non voce-
tur causa à Latinis, licet à Græcis dicatur
ātria vt à Beatissimo Gregorio Nysseno, Na-
zianzeno, Damasceno, Theophylacto &
aliis. Sed isti sumunt *ātria* seu causam, re-
motis imperfectionibus contingentia, & de-
pendentia, superioritatis naturæ: neque plus
dicunt nomine causæ, quam Latini nomine
principij. Et hæc de prima parte quæstionis
propositæ.

121. De secunda vero, Cur in diuinis non sint
plures processiones reales quam duæ, ratio
est, quia diuinæ processiones, que sunt ad
terminos immanentes, & veluti receptos
in ipsa essentia diuinæ, fundantur in ope-
rationibus ex natura sua propriaque ra-
tione immanentibus, quæ in natura pù-
rè spirituale duæ tantum sunt, nempe in-
telligere & velle: & in natura diuina per-
fectissimè infinita non multiplicantur. Ea
enim est virtus intelligentiæ, & voluntati
diuinæ, ut unico acto realiter omnia
intelligat: omnia item unico acto velit
quæcumque vult. Vnaquæque vero har-
rum operationum, quatenus essentia est,
& prior proprietatibus personalibus (qua
sola ratione potest esse fundamentum
fecunditatis, ut supra videtur est) habet unam
fecunditatem & unam progressionem sibi
adæquatam. Et vnaquæque fecunditas &
processio habet etiam unum terminum sibi
adæquatum. Vnde non potest talis pro-
cessio quasi numero multiplicari intra ean-
dem speciem, cum quælibet totam suam
radicem & fundamentum adæquate exhaus-
riat. Ita Aelius, Bonavent. Richardus,
Scotus, Gabriel, Marsilius, Henricus, &
Recentiores communiter cum Suar. lib. I.
capite 9. num. 6. Consentit etiam D. Tho-
mas quest. 27. artic. 5. vbi præterea ratio-
nem reddit, cur potentia Dei executiva
qua intelleximus & voluntatem sequitur
& essentia est, non habeat suam pro-
cessionem, ut intellectus & voluntas: quia
inquit, processiones diuinarum personarum
debent esse ad intra: potentia vero est prin-
cipium tantum productivum ad extra, & ad
transuenter operandum.

122. Dixi, reales processiones: per quas ni-
tum aliquid realiter & verè producatur;
cuiusmodi sunt processiones personalium.
Alioquin animi, si sermo esset, etiam de
logicis seu virtualibus processiōibus, illa
plurima sunt in Deo. Nam attributa multa
etiam absoluta, alia ab aliis emanant lo-
gicè: & paten̄tas ipsa, aliæque omnes pro-
prietates personales, emanant virtualiter ab
essentia diuina, non tamen propriè & realiter.
Nam in emanatione reali seu phy-
sica debet esse realis distinctio inter pro-
ducens & productum: quæ non est in
ter attributa absolute, nec inter essentiam
& proprietates personales. Nihilominus

Tt 4

Pro & non
ut veré
causa Filii
neque vtrque
Spiritus Sancti

Cur in diuinis
nis duæ
tum pro-
cessiones

Susi
S. Thomas